

Cap. XXI.

De participiis.

Participem dicas quia participare duobus

Dicatur uerbis nominibusque simul.

Omnia nascuntur aliis ex partibus, illud

Non reperire potes partibus in reliquis.

5 Participes autem personas pleniter omnes

Atque modos omnes circueunt pariter.

Dic *'legeret scribens'*, *'lege scribens'* uel *'lego scribens'*

Exponens uerbo participem similem.

Conueniuntque mari quaedam, quaedam mulieri,

10 Da *futuens* maribus, da *pariens* aliis.

Suntque trium generum uel in una uoce uel inde

Uocibus in multis, sicut *amatus amans*.

Optatiua uelut coniunctim tempora signant,

Uoces temporibus non bene sufficiunt.

15 Unde *probans* praesens imperfectumque, *probatus*

Praeteritum uel plus significare scias.

Fertur abundare tamen hoc in uoce futuri,

Quamuis dixissem non bene sufficere.

Praesens participis a praesenti generatur,

20 Sed diuersimode nascitur et uarie.

N interponit persona secunda duarum,

Sicut *amans* ab *amas* dico *docensque doces*.

Ternae uel quartae persona prior generabit,

O si uertis in *ens*, cum *queo* tollis *eo*:

25 Unde *quiens* uel *iens* genitiuus non fit in *entis*,

Regula sed fallit, *untis* uterque tenet.

3. U^{2.7}G¹p^{1.2.3} istud P R illud. — 4 p² reperiri potest. — 7. U^{2.5.7} G¹M legeret scribens μ¹ legens scribens P R legeret scribens. — 8. U¹p³ Expones. — 9. U^{1.3.7} Conueniunt mari quaedam . . . p³ Conueniunt quaedamque mari . . . — 10. p² reliquis. — 19. P a praesente codd. a praesenti. — 20. U¹M p^{1.2} diuersifice. — 21. U³ interponat U⁶ interponitur. — 25. G¹ non facit in entis. — 26. P non fallit.

- Tus, ctus, ptus, stus, sus, psus, xus* finalia sunt haec
 Praeteriti, sicut dicitur inferius.
- Notus* uel *doctus sumptus questus* quoque *uisus*
Lapsus uel *fixus* tot uariato modis. 30
 Praeteritis dictis *us* quoque consocias.
- Deficiunt quaedam pro deficiente supino,
Rus non profertur, nisi si praecesserit *ans ens*,
 Sed dic *coepturus*, deficiat licet *ens*.
- Inuenies *ens* praeteritum consignificare, 35
 Ut *meminens* dicas *sum memor* atque *fui*.
- Praeteritum pariter praesens consignificabit,
 Istius exempla *coeptus* et *osus* erunt.
- Nomina sunt, quae participes tamen esse uidentur,
 Hinc quoque *scutatus* et *galeatus* habes, 40
 Atque *paludatus*, *tunicatus* uel *manicatus*,
 Sic *praetextatus* et *caligatus* erunt,
Bacatus, *bracatus*, *pilatus*, *penulatus*,
Pilleus hoc faciunt, *ocrea*. *crista* simul.
- Ac si quis recte consideret omnia, noscet 45
 Quot sunt arma uiri, nomina tot fieri.
- Participes non deficiunt in casibus ullis,
 Sicut deficiunt nomina saepe suis.
- At quidam *futuens* non femineum fore dicunt,
 Et *nuptus* pariter uoce priore caret. 50
 Ac si participes desint qui, nomen habetur
 Cum uerbo iunctum sub uice participis.
- Ut cum participe si iungas *sum*, uice uerbi

30. U¹ μ^1 et fixus P tot uariata modis U⁶ tot fit uariatio modis R tot uariato modis (gl. o lector). — 31. (gl. cod. p¹: quia terminantur in us ut mortuus). — 33. P praefertur nisi sic . . . U^{3.4} si non R nisi si U^{1.5.7} p³ ans ens P R ens ans. — 38. P p² osus U⁶ ortus R orsus. — 40. U^{1.5} p³ hinc galeatus habes μ^1 sic galeatus . . . — 41. P et hinc manicatus U¹ μ^1 et manicatus R uel manicatus. — 42. P Sicque pretextatus. — 44. P U¹ occrea. — 45. P U⁴ Ac si quis . . . μ^1 Atque siquis R At si quis U^{2.5} considerat P G¹ M p³ noscat U³ noscit U¹ noscent R noscet. — 50. (gl. cod. U²: masculina uoce. quia non dicitur nupt⁹ s; nupta.). — 51. P p³ Ac si . . . R At si . . . U³ G¹ M μ^1 desunt. — 52. U^{1.4.6} uinctum.

- Fungitur et uerbum deficiens recitat.
 55 De neutris duo participes nascuntur, erunt tres
 Neutropassiuis quae sua contriplicant.
 A duplici uerbo ueniat uox ista *futurus*,
 Nam de *sum* uel de *fio* *futurus* erit.
 Et tamen a neutro formatur, namque supinum
 60 A *fio* *factum* comprobo, *sum*que nihil.
 Si deponentis bene praeteritum recitabis,
 Huic semper sensus uis utriusque datur.
 Idcirco semper dicetur conuenienter:
Nos siue a nobis auxiliatus eris.
 65 Quattuor haec *latus fractus* seu *tactus* et *actus*
 Possunt componi, ceu referunt alii.
 At nos dicamus ex nostra parte figurae
 Nullum participem composite fieri.
 Omnes participes aut simplicis esse figurae
 70 Aut decompositae dicere non dubites.
 Hi sunt participes, sine uerbo quos reperimus:
Cursus, anhelatus, erratus uel *uigilatus*,
Siue laboratus, regnatus siue *quietus*,
Spiratus, placitus, passus, cassus, titubatus.
 75 Ut *curso spatio, uigilatum carmen amicis.*
Isset anhelatos non praemedicatus in ignes.
 Maro refert '*acri quondam regnata Lycurgo*'.
 '*Talia commemorat relegens errata retrorsum.*'
 '*Arte laboratae uestes ostroque superbo.*'
 80 Haecque notes in *tus* sine uerbo stare uel in *dus*:
Facta fugis, facienda petis: rus et ens sine forma,

57. P U⁶ ueniet R ueniat. — 60. U⁴ approbo G¹ quod probo. — 61. M reputabis p¹ numerabis P R recitabis. — 62. G¹ sensus semper. — 66. M Poscunt U^{1.4.7} p^{1.2.3} seu U⁵ aliqui. — 68. U² Nullum composite participem fieri U³ Composite nullum participem fieri. — 71. U^{3.6} sine uerbis P R sine uerbo. — 72. U³ G¹ seu uigilatus. — 73. G¹ atque quietus. — 74. U⁶ G¹ placidus U⁶ cassus passus (retinui uersuum ordinem eum qui est codicum U^{1.2.5.6}. P R habent uers. 71 post uers. 74.). — 76. P praemedi-
 tatus. — 77. P acti — ligurgo. — 78. U⁵ citata. — 80. U^{2.3.4} G¹ M p^{1.2}
 in tus — uel in dus P R in dus — uel in tus.

Unde *quiens* uel *iens*, *ens* a *sum* siue *futurus*,
Sicque decens, *meminens*, *oriturus* uel *moriturus*.

Participes a *scor* uenientes reiciunt s,

Sed *pastus*, *fessus* haec simul s retinent. 85

Ac praesens pro praeterito poteris reperire:

'*Offendi adueniens*' firmatque Terentius ipse,

Et *caligantes abrupto sole Mycenae*.

Participesque loco fore nominis inueniuntur,

Si componatur, si comparet et regat altrum. 90

Doctior, *indoctus* uel *doctus iuris* in hoc est,

Si tempus perdat, ut *amandus dignus amari*.

Absolui non uult ablatiuus, nisi iungas

Participem uel quid sub uice participis.

Siue subauditur, ut '*sedi rege sedente*', 95

'*Me duce carpe uiam*', '*natus sub rege Philippo*',

'*Uersa est in cineres sospite Troia uiro*'.

Cap. XXII.

De coniunctionibus.

A *iungo iungis* coniunctio dicitur esse,

Nam iungit partes nomina uerba simul.

Res simul esse notans coniunctio uim notat, ordo

Significatur ab hac, cum notat ipsa sequi.

'*Sortes et Plato currunt*', uis adesto, mouetur, 5

Si *currit* dicas, ordo notatur ibi.

Atque uel *ac* saepe reperimus copulatiue,

83. G¹ p¹ et moriturus. — 84. G¹ eiciunt U⁴ eliciunt. — 86. P U⁵ G¹ p³ Ac . . . R At . . . — 87. U⁴⁻⁶ ueniens P U³⁻⁷ p¹⁻²⁻³ firmatque G¹ signat R firmat. — 90. U³⁻⁴ M ^μ1 p²⁻³ componatur P R componantur U³ aut regit. — 92. U³ Tempus si perdat U⁵ Si perdat tempus U⁴ Si tempus perdit P R Si tempus perdat. — 96. U¹ ^μ1 sub rege iohanne. — 97. U⁴⁻⁶ Mersa est . . . P et codd. in cineres.

6. U⁵ ita (pro *ibi*).

- Interdum pro *quam* nos reperimus eas.
'Haud secus ac iussi faciunt' ac dicito pro quam.
 10 *'Ne simili utamur fortuna atque usi sumus'.*
 Continuatiuae dicuntur consecutiuae
Si seu sin siue, confer et his similes.
 At subcontinuant; quibus additur ordo sequiue,
 Nam subcontinuant hae *quia* uel *quoniam*.
 15 Quae sunt causales adiunctiuaeque uocantur,
 Causalesque tamen differre feruntur ab illis,
 Affirmant namque causales semper, ac inde
 Tu dicas semper adiunctiuas dubitare.
 Dic *ne* pro *an* breuiter, *ne* longam pro *neque* semper.
 20 Terentius: *'eamne? ne nunc quidem cum arcessor ultro'.*
 Uerbaque multotiens coniunctio continet ipsa,
 Nec cessat saepe sub temporibus uariare.
 Dico pro *quamuis* *liceat licet* atque *licebit*:
'Omnia maiorum uertamus busta licebit'.
 25 Quando notat tempus *quando*, coniunctio non est,
 Pro *quia* dic *quando*, coniunctio dicitur esse:
'Hic tibi — fabor enim, quando haec te cura remordet'.
 At disiunctiua coniunctio cur uocitatur,
 Cum non coniungat, sed disiungat quasi iuncta?
 30 Quod sic soluatur: coniunctio non uocitatur,
 Ut tantum sensus coniungat, sed *quia* uoces

11. U¹ et consecutiuae. — 12. P U^{5.6} G¹ μ¹ p^{2.3} Si seu sin siue U² Si seu seu siue U^{1.3} Sin seu siue U^{4.7} M p¹ Sin seu si siue P U^{2.4.7} G¹ p¹ confer et his similes U⁶ M p² confert et his similes U^{1.3} μ¹ confer eis similes U⁶ confer ei similesque p³ confer eis similesque. — 13. P U^{2.7} G¹ p³ Ac . . . U² Ast . . . R At . . . U² M μ¹ p^{2.3} sequique P R sequiue. — 15. U^{1.5} causales sunt U³ adiunctiuae uocitantur. — 16. U^{1.2.6.7} p³ differre uidentur P R differre feruntur. — 17. U³ et inde U⁶ p² at inde. — 20. M μ¹ p² non eam . . . U³ eamne . . . P R ne eam . . . U⁶ accessor p¹ accersor P R arcessor (retenta cod. U³ lectione uersum ex mente Eberhardi formauit.). — 22. P p¹ Non cessat . . . — 23. P U⁶ M p³ liceat licet atque licebit U⁴ liceo licetque licebit R liceatque licetque licebit. — 27. P Hec . . . quando te . . . U¹ culpa. — 28. P G¹ p³ Ac . . . U⁶ Ast R At . . . — 30. U^{1.2} μ¹ soluatur P R soluatur.

Uocibus adiungit, quod disiunctiua facessit.
Uel dicas etiam, uel saltem, uel quoque siue:
'Qui uirtute sua superant uel aromata cuncta',
'Si non camisiam, da mihi uel tunicam', 35
'Iste uel ille legit, Sortes uel Plato mouetur'.
 Approbat interdum si Uirgilioque probante:
Di, si, qua est caelo pietas, quae talia curet.
 Adiungit dicens *'si uenias, faciam'.*
 Abnegat ut sequitur *'fecissem, si potuissem',* 40
 At dubitat dicens *'nescio, si moriar'.*
'Ausus si fueris, facias hoc' ecce minatur,
 Est rationale *'si deus est animus'.*
 Si pro non dicas: *'si dabit, mentiar' hoc est.*
'Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus 45
Ostendat nemore in tanto!' si taliter optat.
 A praecedenti sensu pendere uidentur
 Nec pendent, uelut est *'igitur Martinus'* et illud
'Si qua tamen caecis errabunt scripta lituris.'
 Dic *equidem* fore compositum pronomine primae, 50
 Quod bene Uirgilius comprobat Aeneidos.
 Ast alii tamen auctores confundere sueti
 Illud personae cuilibet adiciunt.
 Dicis ego, dicis *equidem*, sicut reperimus.
 Dic *quoque* pro *certe*, pro *et* aut *etiam* similique: 55
 Per uarios quaesita libros exempla docebunt.
 Si tu iungis *enim cum sed*, postponere debes,

32. U⁴ fatiscit M facissit P R faciscit (gl. cod. U²: *frequenter facit*). —

34. U³ G¹ p^{2.3} superat P om. *cuncta*. — 38. P arcet U^{4.5} μ¹ p³ curat R curet. — 40. U¹ si sequitur. — 41. PU^{4.6} Ac . . . — 44. U⁵ dauit PR dauid P est U^{1.7} p² hic est U⁶ hic est U⁴ G¹ p³ h' est U² M μ¹ hoc est — 46. p^{2.3} nemore in tacito PR nemore in tanto. — 51. U^{2.3} p¹ comprobat PR approbat. — 52. U^{1.6} p^{1.3} actores U^{2.4} autores PR auctores. — 53. U^{1.4} G¹ M p² addiciunt p¹ addicunt. — 55. P et pro aut etiam U^{1.4.6} p² similēq; U³ G¹ p^{1.3} similemq; U⁷ simileq; M μ¹ similēq; U² similēmq; U⁵ simileq; P simulatque (gl. *aliquando est nota similitudinis*.) — 56. G¹ placebunt p³ probabunt PR docebunt. — 57. G¹ M iungas U⁵ μ¹ p³ postponere dico U^{1.3.6} M p² postponere dicas P R postponere debes.

- At si cum *uero*, semper praeponere dico.
 Disiungunt quaedam, subdisiungunt quoque quaedam,
 60 Disiungunt uaria, subdisiungunt similata:
'Bos uel homo' disiungit, subdisiungere si uis,
'Fortis Alexander' dicito *'siue Paris'*.
 Ordinis has fieri tu dicas praepositiui:
Sicut, at, ast, aut, ac, uel, nec, neque, quatenus, et, si,
 65 *Quin, seu, ni, siue, neu, neue* potes sociare.
 Subiungas *que, ue, ne, quoque, uero*, da simul *autem*,
 Iunge *quidem* uel *enim*, sed communes aliae sunt.
 Inclinant *que, ue, ne*, quas encliticas reor esse.
 Postpositas acuis, sed praepositiua grauantur,
 70 Encliticae nisi sint, quas semper dico grauari.
 Si componatur coniunctio, subiciatur:
Utique et utrumque, plerumque uel *undique, ubique*,
 Ast infinita praeponunt: *si qua* uel *ne qua*.
 Inuenies *que* breuem pro *sed* saepissime poni:
 75 Uirgilius: *'precibusque iubent exposcere pacem.'*
 Ac pro *id est* saepe reperitur et expositiue,
 Atque notat *sicut*, ceu Uirgilius struit ipse:
Me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.

58. U^{3.4} G¹ praeponere debes U^{5.6} M^{μ1} praeponere dicas P R praeponere dico (U¹ om. h. u.). — 60. M^{μ1} p³ similata P R simulata. — 61. U¹ μ¹ p³ sed subiungere si uis. — 64. P U^{1.4.5.6.7} G¹ M p³ Sicut at ast aut ac p¹ Sicut ast at aut ac U³ Sicut ast at aut ue U³ Sicut ac at ast aut μ¹ p³ Sicut at ast aut si P U^{3.4.5.6.7} M μ¹ p^{1.2.3} uel nec neque U¹ si uel nec neque U² uel nec G¹ uel neque P U^{5.7} M p¹ quatinus et si U^{1.3.4.6} quatenus et sin U³ μ¹ p³ quatinus ac sin G¹ sed denique si sin p³ denique f; fin. — 65. U¹ neu · ne · ue potes sociare M ne (u eras.) neue . . . G¹ ne neue . . . P R neu neue . . . — 66. P ne, ue. codd. ue, ne. — 67. G¹ et enim P R uel enim. — 68. P ne, ue codd. ue, ne P et codd. encliticas. — 70. P et codd. Encliticae P M credo grauari R dico . . . — 72. P utrumque U³ utrinque p¹ utriq; R utriq; U^{3.4} p¹ et undique P R uel undique. — 73. P p^{3.3} praeponitur R praeponunt P si qua ne nequa U¹ si qua uenequam (sic) U⁶ si qua nequaquam M p^{3.3} si qua uel ne qua R si qua ue ne quā. — 75. U¹ Uirgiliusq; iubent precibus . . — 77. P U⁶ μ¹ Atque notat simile R Atque notat sicut. — 78. P U^{1.4} p³ transmittit.

Sin autem pro sed si dic, sicut reperimus,
 Et quandoque tamen pro *si non* inueniemus, 80
 Sic affirmare dicas et saepe negare.
 Nomen dic *utrum*, coniunctio dicitur *utrum*,
 Cum quarto nomen sit, ni disiungat, at inde
 Si desit quartus, coniunctio dicitur esse:
 Nomen erit pro *quem*, sed sit coniunctio pro *ne*. 85
 Dictio *quatenus* est, oratio *qua tenus* esto,
 Dictio sub medio brevis est, oratio longa,
 Si fiat prosa, breuiant tamen utraque metra.
Ut postquam dicas, *ut quamuis*, *ut quoque sicut*,
Ut quoque significat *quatenus* aut *etiam*: 90
 Quattuor in primis sunt manifesta satis,
 De quinto quaeras exemplum: Horatius inquit
 ‘*Iuppiter, ut pereat positum robigine telum!*’
 Si bene quaestiua coniunctio quaeque notetur,
 Sex *an, nonne* rogant *anne, num, numquid* et *utrum*. 95

79. $U^1 \mu^1 p^3$ pro sed si dic M pro sed et si dic U^6 pro sed dic si PR die pro sed si. — 81. P M sed saepe negare U^5 uel saepe . . . R et saepe . . . — 82. U^1 Nomen dic utrumque . . . U^3 coniunctio dicitur esse. — 83. U^1 sic in designat et inde G^1 ni disiungit P $U^5 G^1$ ac inde $U^{1.4}$ et inde R at inde. — 85. $P p^{3.8}$ pro quem si sit: $U^{1.2.4.6} M \mu^1 p^1$ pro quem sed sit U^3 pro quem sed si G^1 pro quem sed erit. — 87. $U^{1.2.5} \mu^1$ sub medio PR sub media. — 88. U^6 in prosa. — 89. U^3 Pro quamuis ut dic ut sicut et est quoque postquam. — 92. U^6 uirgilius inquit. — 93. G^1 telum PR ferrum. — 94. P quesita. — 95. $U^{3.7} p^{1.2.3}$ anne ne numquid et utrum.

Cap. XXIII.

De praepositionibus.

Praepositiva modis pars dicitur esse duobus,
Nam compositivae dicatur et appositivae,

Sicut praepositus prae reliquis positus.

Et quandoque tamen succedit in appositivis,

5 Sicut *'pube tenus'*, sicut *'maria omnia circum'*,
'Transtra per et remos' Uirgilius recitat.

Quocirca, mecum succedit compositivae,

Interponuntur aliquando uel medianitur,

Ut *'qua de causa'*, *'qua de re'* siue *'quam ob rem'*.

10 Ordo mutatus accentum mutat in istis,
Impediens nisi sit distantia, *pone penesue*.

Et quandoque loco ponatur nominis ipsa,

Ut *pro te* causa, ratione, loco uel amore.

Propter et *ob* faciunt id idem pro nomine postae.

15 Per se prolatae sub fine reguntur acuto,

In serie positas accentu prome grauato.

Hoc generale dato, nisi sit praeposterus ordo,

Si praeposterus est, monosyllaba pars acuatur,

Si disyllaba sit, paenultima poscit acutum.

20 Non aspirantur coniunctio praepositivaeque,

Cum reliquas omnes regat aspiratio partes:

Heres, haeret, habens, hic, huc, heu cuncta notato.

Multotiens etiam uerbo deest praepositiva:

2. $M \mu^1$ compositivae PR compositivae. — 3. $PU^1 p^2$ prae aliis R prae reliquis. — 8. medianitur (gl. cod. M: *in medio ponuntur*). — 9. $U^4 \mu^1 p^3$ dico quam ob rem. — 11. $U^{1.4.7}$ Impediat nisi distantia $G^1 \mu^1$ Impediat nisi si . . . $U^6 p^3$ Impediat nisi sit . . . P pono U^3 penesque. — 13. U^5 loquor M locor. — 14. U^1 ibidem U^2 ut idem M p^1 itidem. — 16. $P U^{4.7}$ pone. — 17. U^1 ubi sit. — 18. U^6 om. h. u. — 19. p^3 polisillaba PR dissillaba U^5 ponit U^7 pone. — 20. $U^{3.4.5.6} p^2$ aspiratur PR aspirantur U^5 et praepositiva $U^6 p^1$ praepositivae (post uers. 23 legitur in non nullis libris uers. hic: *Huic deest uerbum, dico de compositivis*).

- 'Una Eurisque Notisque ruunt'* deest praepositiva,
 Huicque deest uerbum *'super Astyanactis imago'*. 25
 Ornatus causa iungatur praepositiva
 Cum proprii casus genitiuo: *'sub Canis ortu'*.
Ad te personam notat, ad Troiamque locale,
Ad pentecosten tempus, numerum dat ad annum.
 Dic *ad pro iuxta*, signabit proximitatem, 30
'Ad quid uenisti?' causam notat, assimilatur
'Nos habet ad porcos', ast aduersatur *'ad illum*
Est mihi pugna', modo tamen addit *'ad hoc mala dicas'*.
Ad si componas intendit, ceu probo firmo,
 Dirigit interdum, si *uerto* uel *loquor* addas, 35
Ridet uel *ludit* uel *plaudit* iunge, fauebit.
Ad d non mutat h q m i u b d sequente,
 Sed *d* mutatur, reliquae si subiciantur.
 Semper causale dicatur *ob* appositivae:
'Cuius ob auspiciu infaustum moresque sinistros'. 40
 Si componatur, *contra* circumque notatur:
Obuius occurro uel *obambulo* dicis *obumbro*.
Per signat tempus, personam, uel loca, causam:
Per noctem, per me, per rus, per proelia laudor.
 Si componatur, perfectio saepe notatur, 45
 Sicut in his *perago, percurro, persto, peroro*.
 Dicas *periurus* uel *perfidus*, ecce negabit,
Percitus excellit, *perpulcher* *perspicuusque*.
 Compositae quaerunt omnem iungi sibi casum,
 Si sint appositae, cum quarto subice sextum. 50
 Appositae uel compositae minime uariantur,

25. (hic uers. abest a P, inest in omnibus quos contuli libris.) —
 28. P U^{1.6.7} p³ localem. — 31. P ad simulatur. — 33. U¹ p³ dices. —
 34. U^{2.5.6} M p¹ At . . . P U^{1.4.7} M seu probo . . . — 35. U¹ μ¹ uertor
 (item U² al. m. expuncto *uerto*) PR uerto U^{2.5.7} G¹ M p² addis PR addas.
 — 37. P Ad non mutat . . . — 40. P Eius . . . P p³ more sinistro. —
 41. P U³ p¹ notantur. — 44. U^{2.3.5.6.7} G¹ M p² noctes. — 45. U^{3.7} p²
 componantur. — 48. P U⁶ perpulcher U¹ perpulcrum μ¹ perpulchrum. —
 49. U⁶ omnem casum sibi iungi. — 50. M Si sunt . . . — 51. U³ raro
 uariantur.

- Hostes inuado, uado quoque dicis in hostes.*
Appositae sensum permutant compositaeque,
Ut 'de te facio uerbum, te deprimo' dicas.
- 55 *De notat augmentum, personam de notat ipsam,*
Quamuis compositum potius reor esse deorsum.
Additur ad uerbis interdum compositiue,
Quamuis proferri desiderat appositue,
Unde et Uirgilius: 'Tyriam qui adueneris urbem'.
- 60 *Tanquam syllabica iunctura frequenter abundat,*
Si uis emorior dicere pro morior.
Interdum redolent aduerbia praeposituias,
Econtra redolent aduerbia praeposituiae,
Nam 'pridie Nonas' dicis 'pridieque Kalendas'.
- 65 *At si nominibus tu demas praeposituias,*
Nomina quae fuerant fient aduerbia statim
Sic dicendo 'domum transeo, uado domum.'
Haec tria signantur per post: tempus, locus, ordo,
Post nonam seu post montem seu post ea dicas.
- 70 *Iungitur et sexto: 'longo post tempore uenit,'*
Sicut paulo ante, sicut multo ordine circum:
'Anna, uides toto properari litore circum.'
Subter uult quartum, dat Uirgilius quoque sextum:
'Ferre iuuat subter densa testudine casus.'
- 75 *Cisque locum, tempus, aliud quoque significabit:*
Cis Rhenum, cis definitam non uenit horam,
Et cis naturae leges poteris reperire.
Cis proprium nomen, citra commune requirit,
Nam bene 'cis Rhenum', 'citra mare' dicere possum.
- 80 *Hoc in compositis etiam retinere licebit,*

52. G¹ Hostem. — 57. P Additur aduerbiis — 58. U^{1.6} μ¹ p¹ desiderat PR desideret. — 59. U^{1.5} G¹ p³ Unde uirgilius . . . μ¹ Undeque . . . — 65. U^{1.5} G¹ praeposituiam. — 67. p¹ transmeo. — 69. U^{1.3} dices μ¹ dicam. — 70. U¹ longo post tempore dicas U^{2.4.6.7} M μ¹ p^{2.3} ueni PR uenit. — 72. PU^{1.4.5.6} G¹ μ¹ Ecce uides . . . U² Ecce die toto properaui . . . U⁷ M p¹ om. h. u. — 74. U^{2.3.4} densa subter. — 76. P U^{2.3.4.5} G¹ M μ¹ p^{2.3} diffinitam p¹ diffinituiam. — 78. U⁶ Cis proprium nomen . . . PR Cis proprium sepe . . .

Hinc *cisalpinus* dicas et *citramarinus*.

Perdit n interdum *trans* dictum compositiue:

Traicio trabea traduco tranoquetrado.

Interdum *supra* dat *trans* et saepius *ultra*,

Transgressus supra, traiectus denotat *ultra*. 85

Dicis '*apud uillam*', iam sic *apud* esto locale,

Dicis '*apud regem*', personam dat uel '*apud me*'.

Ante locum, tempus, personam significabit:

Ante *scolas, ante lucem* siue *ante parentes*.

Pro *coram* saepe potes illud idem reperire. 90

At fieri possunt aduerbia praepositivae

Ex duplici, sicut *circumcirca* reperimus.

Circa dat tempus, *circa* causale, locale,

Sed causale tamen tantum fit compositiue,

Nam sic *quocirca* notat *idcirco* quoque causam. 95

Circiter at semper tempus tibi significabit:

Circiter Aprilis die *Nonas* siue *Kalendas*.

Affectum semper et nil aliud notat *erga*,

Et nisi sit Graecum nunquam componitur *erga*.

Erga si dicis, notat affectum bonitatis, 100

Aduersus contra damna malumque notant.

Inter cum casu reperitur saepe soletque

Casu priuari: '*tu dextrorsum iacuisti*,

Ille sinistrorsum, sed nos dormiuimus inter'.

Interius uel *subterius* tibi denotat *infra*, 105

Dicas *infra me, sub me* bene dicis et *in me*.

Extra pro *praeter* uel pro *sine* dico frequenter:

Extra me nemo est, extra damnum sine damno.

Et quandoque locum tibi denotat *exteriorem*.

81. U^{3.4.5} citraque marinus. — 84. U^{4.7} M^{μ1} p^{1.2} sed saepius. — 85. U^{3.5} M transuectus p³ dicitur ultra. — 86. U⁷ G¹ om. h. u. (P habet uers. 85. 84). — 87. U² personam das et apud me U⁶ personam significabit. — 89. U^{1.3} siue ante lucem . . . — 93. P U^{2.7} casuale. — 94. P U² casuale. — 96. P p³ ac sepe tibi tempus U² ad tempus semper tibi U³ at sepe tempus tibi U⁶ at sepe tibi tempus U⁵ M^{μ1} ac semper tibi tempus R at semper tibi tempus.

- 110 *A* uel *ab abs ex e* dic unum significare,
Ex ab uocales, *e* quaerunt *aque* sonantes,
Asperitas nisi defuerit, quia dicimus '*ex quo*'.
Abs autem semper poni uult ante sonantem.
Ab si componas, quaecunque elementa sequuntur,
- 115 *C q t* tantum simul hae tres excipiuntur.
A quoque suscipit *m* componens uque sonantem,
Abs quoque composite consuevit *c t* praeire,
Sicut in *abscondo* potes *abstineo*que probare.
Eque praeire nouem solet, ut *b d g l r n m*,
- 120 *Ique* sonando uel *u* praeponatur, reliquis *ex*.
Eque modo priuat, intendit et exteriorat,
Ex hinc *eneruas enectum elimino* dicas.
Illud idem facit *ex*, sicut *stirpo pleo claudio*.
Priuat et intendit *de*, *deprecor* approbat ambo:
- 125 *Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem*.
Pro causam, pretium: *pro te dabo, pro solidis sex*,
Et pro pro iuxta: fecit pro uiribus iste.
Ast in compositis *pro* multotiens breuiatur
A procul, at longa sit, si descenderit a *pro*.
- 130 *Prae pro ad* inuenies: *potes hunc contemnere prae me*.
Prae pro ab, ut *miser est homo prae mulieris amore*.
Pro super inuenies: *prae cunctis laude bearis*.
Dic prae pro ualde: praecelsus praeualidusque.
Ac prae dic ante: praedico praescio praebe.

100. P U^{2.5} G¹ M μ^1 dicis R dicas (P habet uers. 100. 99.). — 109. P om. *tibi*. — 111. U^{1.6.7} μ^1 atque sonantes. — 112. μ^1 nisi deficiat. — 113. U⁵ poni semper P U⁴ μ^1 ante sonantes R ante sonantem. — 114. U¹ p³ litterae quaecunque secuntur. — 115. U⁵ sed tres has excipiemus. — 117. U^{1.5} p¹ composita P R composite (gl. cod. U²: $\bar{\iota}$ ⁹*positiōe*). — 119. U^{3.4.5.6} G¹ p¹ m. n P R n. m. — 120. U¹ I quoque sonando . . . G¹ I quoque quando . . . — 121. P E quoque priuabit . . . U² extendit. — 122. U¹ μ^1 eneruas P R eneruat p³ enectus. — 124. U¹ approbitabo U^{4.6} approbat illud U⁵ approbat idem. — 125. P quandoque deprecor idem. — 127. U¹ Sed pro . . . U^{3.7} ipse. — 128. P U⁵ Ac in . . . U⁶ At in . . . μ^1 Et in . . . R Ast in . . . — 130. U¹ componere U² exponere U⁵ praetendere. — 131. U¹ p¹ hic (pro homo). — 134. U⁷ Et prae . . . μ^1 Prae

- Hocque notes: omnis monosyllaba praepositiua 135
 Praeter *cum* solam reperitur compositiua.
Coram siue *palam* dic unum significare,
Coram personam, sed denotat omnia *palam*.
 Quamuis significant unum, *sine* distat ab *absque*,
 Dat *sine* componi, sed non componitur *absque*, 140
 Dat *sine* postponi, semper praeponitur *absque*.
 Cum postponatur semper, cur praepositiua
 Dicitur esse *tenuis*? quoniam casum sibi iungit,
 Et quandoque sequens Aeolismum uult genitiuum:
 Maro '*crurum tenuis a mento palcaria pendent*'. 145
 Dic *sub* pro *subtus*, pro *per sub* pone uel *ante*:
 '*Arma sub aduersa posuit radiantia quercu*'.
 '*Urit atrox Iuno et sub noctem cura recursat*'.
 '*Sub lucem exportans calathis*' *sub* dicitur *ante*.
Sub quoque deminuit, *subtristis* sit tibi testis. 150
 Dic *super* a *supera* descendere, dic quoque *supra*,
 Apocope facit hoc, sed syncopa perficit illud.
Dis e p t f s i praeponitur, ast aliis *di*,
Di sit productum, *dirimo* iace siue *disertum*.
 Sensum compositae mutant, complent minuuntque: 155
Impius incuruus subtristis nomina sunt haec.
 Mutat *init*, minuit *subridet*, complet *inardet*.

dic ac ante . . . U³ praebes U⁶ p³ praebet. — 136. P solam cum codd. cum solam U⁴ dicatur U⁶ compositiue. — 137. P U⁵ p¹ siue palam R cum palam. — 138. P μ¹ p³ personam R personas P denotat omne palam codd. sed denotat omnia palam. — 140. U² Dic sine . . . U⁶ Dāt sine . . . P R Da sine . . . — 141. P et codd. Da sine . . . — 144. U¹ p³ helenismum μ¹ heolismum P R eolismum. — 148. P recusat U⁶ recursat U⁷ resoluat R reseruāt. — 149. P U^{2.4.6} exportat calatos p¹ portans calatis M μ¹ exportant calathos R exportant calatos. — 151. P Sic . . . — 153. P c t p f s i U² p c f t s i U⁵ p c t f s i U⁷ c p s t f i U⁶ M p^{1.3} c p t f s i R c p f t s i. — 154. P U⁶ producta R productum. — 155. P mutant U^{2.4.6} p³ minuuntue P R minuuntque. — 156. P et incuruus U² subrideo sint tibi testes. — 157. P Mutat non minuit . . . G¹ Mutat et id minuit M Mutat i id minuit p³ Mutat inif minuit R Mutat init minuit . . . inardet (gl. cod. U²: ualde ardet.).

- Construe cum quarto *super in sub subter* eundo,
 Cum sexto stando, tamen *in* potes addere quarto.
- 160 *In* notat usque *super contra iuxtaque diu per*:
 'Seruor in hunc tibi, Christe, diem uel seruor in illum'.
 'In gentem faciam te magnam si sinis istam'.
 'Fertur in aduersos rigide', 'bellatur in hostes'.
 'In ripam fluuit turba comitante resedi'.
- 165 'Uiuat in aeternum rex noster, uiuat in aeuum!'
 'Iustitiae portas aperis ingressus in illas'.
 Est imitatio cum dico 'credis in ipsum'.
 Sexto cum circa *super ante per inter ad intra*:
 'In ligno baculi trans Iordanem pedes iui'.
- 170 'Calceus in pedibus, in crinibus esto galerus'.
 'In Domino mentem iacta totamque tuam spem'.
 'Inque suis oculis Sedeciae mors data seruis'.
 'In patribus Dominus, in nato deinde locutus'.
 'Cepisti dona, deus, in mortalibus alma'.
- 175 'In proprio latere Dominus tibi, ne capiare'.
 'Israel, o uirgo, proprius in moenibus ito'
 Cum sexto iunctum signabit saepius *infra*:
 'Rex sedet in solio, busto tumulandus in arto'.

160. U^{1.2.4} p¹ Cum notat . . . U⁷ iuxta contraque . . . — 162. U¹ In gentem faciam et magnum te U⁴ In gentem faciam te magnum U⁶ In gentem magnam faciam te P R In gentem faciam te magnam (gl. cod. U²: *contra gentē 1 super*) U^{1.2.7} G¹ M p¹ si sinis istam P R si uis in istam. — 163. U^{6.7} G¹ μ¹ p¹ Fatur U^{2.5.6} rigidus U^{2.4.6} bellator. — 165. P rex noster in aeternum. — 166. P U⁶ in eas. — 167. p³ credo U⁶ credas P R credis P in eum U⁶ in eum U^{1.5.7} M μ¹ p^{1.2.3} in ipsum U^{2.4} G¹ in illum. — 168. U³ G¹ inter et intra. — 169. U⁶ In ligni baculo. — 171. U³ iacta mentem. — 172. U⁷ G¹ μ¹ sedechie M ezechie (al. m. ut sedechie) U² ezechie (expuncto *sedechie*) U⁴ zecechie P R ezechie (uide sis Reg. IV. 25, 7. Jerem. 39, 6. 52, 10. 11.). — 173. P om. *in ante nato*. — 175. U^{1.2} G¹ In proprio latere mihi sis U⁷ In latere michi sis (om. *proprio*) U⁶ In proprio latere dñs sit P R In proprio latere dñs tibi U^{1.2} G¹ ne decipiare U⁷ ne decipitare P R ne capiare (gl. *ne capiariis i. decipiariis a demone*). — 176. P In ifrael . . . U⁶ proprius i mētib⁹ esto. — 178. U^{2.5} M tumulatus P R tumulandus P U⁶ M in arto U¹ μ¹ p^{1.3} in arcto R in alto.

- Sub*, si quaeque notes, tibi signabit *prope subter*:
 Dicas '*sub lucem uenio*' uel '*sub patre uiuo*'. 180
Supra nel *contra* de *iuxta* dat *super* ista:
 '*Pugno super montem, munitus eo super hostem*'.
 '*Multa super Priamo rogicans, super Hectore multa*'.
 '*Sedimus in lacrimis super fluuium Babylonis*'.
 Finis, causa, locus, contra, supra, prope, tempus 185
 Ex *ad* signatur, sic ex *de* sermo notatur,
 Finis, materia, numerus, tempus, loca, causa:
 '*Dimicat ad palmam, frendens ad uim faciendam*',
 '*Curritur ad cenam, ferit ad petram cocus ollam*',
 '*Uir sedet ad ripam, iacet ad portam, stat ad horam*'. 190
 '*De domino narrat, de belli laude laborat*',
 '*De lana panni sunt, de numero quoque lucris*',
 '*In mensem de mense uenis, es de Babylone*',
 '*Lis est de minimo, pugna est de paupere regno*'.
 Cum simul et contra: '*sta cum socio neque pugna*', 195
 '*Cum socio pugnas*' bene dicis, '*cum socio stas*'.
 '*Uestibus indue te pro frigore proque calore*',
 Sic aduersatur in *pro* sententia duplex.
 Haec tria significat tibi *re*: rursum retro contra:
 Ut *reparo retraho* bene dicis siue *recludo*. 200
 Si bene distribuas, *praeter* tollendo propinquat:
 Dic '*nullus currit praeter me*' sic tibi tollit,
 '*Sto praeter ripam*' sic signat proximitatem,
 At si '*praetereas*', *praeter* pro trans bene dicas.
 Est inclusiuum '*praeter me conuoco multos*', 205

179. G¹ signat proprie. — 180. P M μ^1 Sub lucem dicis uenio . . . —
 182. U⁶ super pontem P monitus. — 184. P supra flumen. — 186. U¹ sed
 ex de . . . U² sic et de . . . U⁵ de ex sic . . . P R sic ex de . . . —
 189. U^{1.5} coqus p³ coquus P R cocus. — 191. P de belli laude perorat.
 — 196. p¹ Cum socero — cum socero. — 197. P U² induo te U⁶ induo
 me. — 198. μ^1 diuersatur. — 200. U¹ repeto (pro *retraho*) U⁵ siue reduco
 — 201. p¹ discutias. — 202. P sic tibi tolle U² sic tibi tollis R sic tibi
 tollit (gl. *notat exceptionē*). — 203. U^{4.5} p¹ sic signat P R sic signo. —
 204. P Ac sic pretereas P U^{2.4.6} p³ bene dicis. — 205. U² congreco (U¹
 G¹ om. h. u.).

Est exclusiuum *'praeter me nemo mouetur'*.

Includit simul excludit quoque saepius *usque*,

Quae nunc sola regit et nunc alia comitante.

Sed tamen ista notes: quotiens etenim duplicantur,

210 Casus praepositae respondet posteriori:

'De post fetantes', 'de supra mœnia' dicas.

Tuque nouem numera, quas casibus addimus extra:

Ex in ad ab cum de, da simul *aque per eque*,

Abs ob pro prae cis post sub trans adicias his.

215 *Usque* subauditur in *ad*, et dicas *ad in usque*:

Lucanus *'summis perduxit ad aequora castris'*.

'Usque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes'.

Cap. XXIV.

De interiectionibus.

Interiectiuas dicunt aduerbia uere,

Uel quoniam uerbis iunguntur uel quia saepe

Uerba subaudiri soleant in uocibus harum.

208. P et non alia comitante. — 209. P U¹ duplicantur R duplicatur.
 210. U^{2.5} M μ¹ p¹ respondet P R respondent (perperam P interpungit ita: *quotiens etenim duplicantur || Casus p̄posite: respondent superiori.* uerborum sententia haec est: quotiens praepositiones duplicantur, uelut *'de post'*, casus respondet praepositioni posteriori, quae est *'post'*, ut docet exemplum ab Eberhardo adlatum.). — 213. P Ex. in. de. ab U^{5.7} Ex. in. ab. ad. U⁴ Ex. in. ab (om. *ad*) R Ex. in. ad. ab P abs. cum. da simul *aque per eque* U¹ cum. de. da simul a q̄; per e U³ M cum. de. da simul *aque per e* U⁴ μ¹ p^{1.3} cum. de. da simul *aque per eque* U^{5.6} G¹ cum. de. da simul *atque per eque* U⁷ cum. de. da simul *acque per eque*. — 214. U¹ M μ¹ p¹ adicias U^{2.4.5.7} G¹ p³ adicias U⁶ addicis. — 215. U³ et dicas in *ad usque* G¹ dicas et in *usque* U⁵ μ¹ dicas *ad in usque* (om. *et*) P R et dicas *ad in usque* (gl. *In hac praepositione usque aliquando intelligitur ad, aliquando e conuerso in hac praepositione ad intelligitur usque.*)

1. P p³ sepe U² uere (al. m. expuncto *sepe*) R uere. — 3. U^{3.4} solent.

Sed cur dicatur, cum non interiaciatur,
 Interiectiua, non a paucis dubitatur. 5
 Ad quod re uera sic respondere ualeamus:
 Nam menti et uoci medians interiacet ipsa,
 Cum praecedat mens et cum uox ipsa sequatur,
 Quae media inseritur interiectiua uocatur.
 Hocque notes: omnis interiectiua recusat 10
 Non aspirari, quia subiacet asperitati.
 At semiplena semper sub uoce feruntur,
 Significatiue tamen has proferre memento,
 Semiplena uelut oratio significans est.
 Hocque scias: nulla uoce indiget expositiua. 15
 Sed quidam dicunt *ueh gah* uelut expositiue,
 Cum non exponant linguaue fruuntur eadem.
 Quaeritur a multis, si plena uoce loquamur,
 Utrum debeat haec interiectiua uocari.
 Dicamus super hoc affectum saepe loquentis 20
 Uoce frui non perfecta, quae sic uocitatur,
 Ut Donatus ait '*uox est incondita uox haec*'.
 Haec quoque quae plena est uox interiectio non est.
 Cur non ponatur prior, a pleris dubitatur,
 Nam cum nascatur puer, haec statim recitatur. 25
 Hoc respondemus quod, quamuis prima feratur,
 Non prima est, quia sic uocis ratio moreretur.
 Si proprie attendat quis, lamentatio quaeque
 Sub ratione potest interiectiua uocari.
 Sicut subseruit oculo signum digitale, 30

5. (sequitur in P et codd. excepto cod. U⁸ uers. hic: *Non interposite dantur sed praepositivae*). — 6. U^{1.5} ualeamus U^{4.6.7} G¹ solemus. — 7. U⁶ p³ media. — 8. P U¹ G¹ p̄cedat mens R mens p̄cedat. — 15. U^{1.2.5} uoce non indiget . . . U⁷ G¹ uoce nulla . . . P R nulla uoce . . . — 16. P uehi U^{1.7} M p¹ ueh U³ μ^{1.2.3} ueht U^{4.6} p³ uth U⁵ G¹ uech P guai U¹ gai U⁵ G¹ p¹ gay p³ gahy U³ gaht U⁴ gath U⁶ grath U⁷ μ^{1.2.3} gah M guh (gl. *uehi et guai sunt interiectiones blasphemantis in lingua hispana*). — 19. P hic codd. haec (gl. *uox*). — 24. U^{2.6} a multis. — 26. U⁴ Hic . . . U⁶ μ¹ Hec . . . U⁶ nam quamuis . . . — 27. U⁷ p^{1.3} ratio uocis. — 30. P U⁶ oculis G¹ oculum R oculo.

Sic auri seruit interiectiua sonora.
Interiectiuas fore quidam sibila dicunt,
Sunt quoniam uoces affectum significantes.
Absit quod dicunt, quia scribi non bene possunt.

35 Quaeuis lingua suas proprie dicatur habere
Interiectiuas, nec linguam lingua reposcit,
Sicut et in reliquis reperimus partibus esse.
At uenatores et pastores uariatim
Interiectiuas sibi fingunt officiosas.

40 O stupet, applaudit *euge*, sed ridet *hahahe*,
Heu dedignatur, *aha* probat, *ehohe* clamat,
Histque silere monet, *io* laudat teste Nasone:
'Dicite *io* *Paeon* et *io* bis dicite *Paeon*'.

A a conqueritur, au uagit, uituperat *proh*,
45 Uah quoque deridet, *papae* miratur et *ohe*,
O utinam gliscit, sed *io* festinat et *arri*,
Euax laetatur, dolet *heu* uel *uae*, timet *attat*.
Interiectiua praepositur, indeque Flaccus

'*Ohe praesidium dulce decusque meum*'

50 Persius at postponit eam: '*cute perditus ohe*'

32. P U^{4.6} μ¹ p³ fore dicunt sibila quidam U⁶ G¹ fore dicunt sibila
quedam U^{1.7} M fore quidam sibila dicunt U³ fore quedā sibila dicunt
p¹ fore qdā sibila qdā. — 33. (sequitur in cod. μ¹ uers. *Sicut et in reli-*
quis reperimus uocibus esse). — 35. U⁶ suas proprias. — 37. μ¹ p³ uocibus
P R partibus. — 38. P Ac . . . p¹ Ast . . . — 39. U³ G¹ sibi iungunt.
— 40. P Oh — ahaeh. — 41. P M μ¹ p¹ aha probat p³ aha probat
U^{6.7} μ² haha probat U⁶ ha probat μ³ haa probat U¹ ah approbat U³
aha approbat U⁴ G¹ haha approbat P ehoeh clamat U¹ heuque hem
. . . U³ en ohe . . . U¹ en hohe . . . U⁴ ehohe . . . U⁶ ehoe . . . μ^{1.3}
p³ eoe . . . U⁵ oe . . . μ² heohe . . . M μ¹ euhohe . . . — 42. P Chit-
que U² Hiftq; U⁷ Siftq; μ² Sihtq; p³ Sthtq; μ¹ Zichq; μ³ Zihtq; — 43. (P
om. h. u.). — 44. P Aha U¹ A a a U² Acha U⁴ Hach hach U⁵
Hachoch U^{6.7} μ^{1.2.3} p^{1.3} Haha M Hahaha P ahi uagit U^{1.2} ach U⁴
uah U⁶ ha et he U⁶ au U⁷ hau M p¹ ha μ^{1.2.3} p³ hay P imperat et
proh. — 46. P G¹ arri M μ^{1.3} p^{1.3} harri μ² hari (item U³ expuncto
arri) U¹ mirum (sic). — 48. P U⁴ undequ R indeque. — 49. P et codd.
Ohe . . . P decusque malum. — 50. P tute.

Non solum generant sensum ratione fruentis,
Sed quandoque mouent animum ratione carentis.

Cap. XXV.

De speciebus nominum.

Uiginti septem specierum nomina dicas,
Primitus homonymum, quod et aequiuocum uocitatur:

Pyrrus Achilleides, *Pyrrus rex Epirotarum*,
Homonymumque *canis signum latrabile piscis*.

Postea synonymum *Corneli Scipio Publi*, 5
Econtra *gladius ensis mucro* synonymantur.

Inde relatiuum, sicut *pater et patre natus*,
Alterutro quorum pereunte simul perit alterum.

Utque relatiua ceu *lux nox dextra sinistra*.

Nomen gentile *Flandrensis* seu *Catalanus*, 10

Dic patrium nomen *Ebrardus Bethuniensis*,
Hic interserui nomenque locumque magistri.

Quis qualis quantus quoduis interrogat horum.

Sunt infinita *quis qualis* saepius ista.

Sunt collectiua *populus gens plebs* quoque *turba*. 15

Sint tibi diuidua *neuter* simul *alter uterque*.

Ficticiu nomen onomatopoeia fingit,

51. P Non solum sensum generat U¹ G¹ Nec solum generat sensum U^{6.6}
p¹ Non solum generat sensum R Non solum generant sensum.

2. U^{6.6.7} μ¹ om. et. — 7. P a patre natus. — 8. P M simul perit alter
U⁶ simul parit alter μ¹ perit simul alter R simul perit alterum. — 9. U⁵
Suntque relatiua . . . P R Utque relatiua P U^{1.6} M μ¹ p³ seu U⁵ μ¹ p³ nox
lux. — 11. P U² μ¹ p¹ bituniensis U⁶ bitoniensis U¹ beturiensis M betu-
niensis p³ buturicensis. — 13. U¹ M p¹ quantus qualis. — 15. P gens plebs
populus U³ populus plebs gens p³ gens populus plebs R populus gens
plebs. — 16. U¹ Sint tibi . . . P R Sunt tibi U³ p¹ alter et uter. — 17. P
et codd. Ficticiu P onomatopoeia fingo U¹ M μ¹ p^{1.3} onomatopoeia fingit
U^{2.5} G¹ onomatopoeia fingit U^{6.7} onomatopoeia fingit.

- Ut *tintinnabulum* seu *turtur* et *offa* uel *obba*.
 Ac generale genus rerum tibi significabit:
 20 Est uelut *herba color fructus animal lapis arbor*.
 At species rerum tibi significat speciale,
 Ut *siler albedo glans bos smaragdus acerque*.
 Ordinis est nomen, ut *primus* siue *secundus*.
 Dic *unus duo tres*, nomen facies numerale.
 25 Ut *deus* et *ratio* nomen dic esse solutum,
 Nec ex uoce sua dant collateralia sciri.
 Temporis est nomen, sicut *mensis*que *dies*que.
Ucinus uel *longinquus* sit utrumque locale.
 In *tor* et in *trix* a uerbis uerbalia dicas.
 30 Ac ex se faciunt quandoque aduerbia nomen
 Aut a participe, quod dico participiale.
 A patribus uel auis fieri patronomica dicas.
 Dic possessiua, quia primi possideant rem.
 Quod notat excessum tu dicas comparatiuum,
 35 Indequè latium super ulterius facit illud.
 Deminuit primi rem semper diminutium.
 Quod de nomine fit dicas denominatiuum,
 Iuxta quod dici reor a *nigredine nigrum*.
 Dicis in *eus* pessessium, si materiam det,

18. P U¹ G¹ om. *et* ante *offa*. — 19. P Ac . . . μ^1 p³ Et . . . M Ut . . . R At . . . — 20. P Et uelud . . . codd. Est uelut . . . P apis. — 21. P G¹ Ac . . . U¹ Ast . . . U³ Et . . . R At . . . P tibi significabit speciale U³ specialia significabit. — 22. P U⁶ bos glans R glans bos. — 24. U⁶ M μ^1 p^{1.3} facies nomen. — 26. P sui (collateralia gl. *collaterales proprietates i. accidentia.*). — 28. U³ seu longinquus. — 29. U⁶ G¹ uel in trix. — 30. U^{6.6} Ast . . . U³ M At . . . P R Ac . . . U¹ ex se nomen faciunt aduerbia saepe U⁷ ex se saepe faciunt aduerbia nomen P R ex se faciunt quandoque aduerbia nomen. — 31. p¹ Fit de participe M Aut ex . . . P R Aut a . . . P quod dico participiale U¹ quod dñt participiale U⁷ p³ quod dico participare R quod dico participale. — 32. P et codd. patronomica. — 33. M possessiuas P U² res R rem. — 34. P dicis. — 35. P relatum super codd. latium super (gl. cod. U²: *superlatiuū* — *metathesis*). — 36. P et codd. Diminuit — diminutium U^{6.7} p¹ semper rem P R rem semper. — 37. P dicas fit U³ fit tu dic R fit dicas. — 39. U¹ Dicis in us . . . P U² M des μ^1 G¹ dat R det.

Populus quernus ficulus tolle colurnus, 40
Ac oleaginus excipias faginusque abiegnus.
 Possessum facit in *nus* ex animalibus ortum,
 Nam uere sunt deminutia *suillus millus.*
 Si possessuum sub fine tenetur in *anus*,
Anus producas, *Dardanus* excipias. 45
 At possessuum semper producitur in *nus*,
Crastinus et *faginus oleaginus* excipiuntur,
Sicque diutinus et *clandestinus* ac *tinus* *horno.*
Neuter uter prior alteruter uel *uterque* uel *alter*
Haec sunt diuidua, sed sunt inter duo dicta. 50
Quilibet aut *aliquis* aut *unusquisque* uel *omnis*
Nullus uel *primus* et cetera talia dicas
 Distribuenda tribus aut pluribus, illa duobus.
 Omne superlatiuum cum casu quoque dicas
 Significare *magis*, sine casu dat tibi *ualde*, 55
 Ut *minimus* *ualde paruus*, *minimus* *mage paruus.*
 Illud idem uoces finales continet octo
 Has *simus* atque *rimus* *limus*, adde *timus* quoque *remus*,
 Inde *nimus* siue *ximus* et *finus* his superaddas:
Pessimus et *primus* uel *agillimus* *optimus* atque 60

41. U¹ abiegnus M abigenus P R abienus. — 42. P Possessum fac' inus
 U¹ Possessiuū facē ī n^o μ¹ p¹ Possessiuū fac ī nuf U² · 7 M p³ Possessiuū
 fac in us U⁶ Possessiuū facit in us U⁶ ortus. — 43. P et ouillus (abest
 et a codd.). — 45. P U⁷ sed dardanus excipiat p¹ gargarus excipias (om.
 sed) R dardanus excipias (item om. sed). — 46. P U² Ac . . . R At . . . P produ-
 cat in inus U⁶ dicatur in uus U¹ p³ producitur in^o (item U² expuncto in *nus*)
 U⁶ · 7 G¹ M producitur in us μ¹ producitur in nus. — 47. P U² · 6 μ¹ exci-
 piantur R excipiuntur. — 48. (abest hic uers. a codd. U¹ G¹ M). — 52. U⁶
 uel cetera. — 53. U⁷ G¹ M p¹ Distribuenda . . . P R Distributua . . . U⁵
 uel pluribus. — 54. U⁶ · 7 p³ tu quoque dicas. — 58. P Has simus atque
 limus rimus adde timus quoque remus U¹ Simus uel rimus limus timus
 quoque tremus U² Symus uel rimus limus timus quoque temuf U⁵ G¹
 Simus uel rimus limus timus quoque remus U⁶ Simus uel rimus limus
 timus quoque t'mus U⁷ Simus uel limus rimus timus quoque t'emus M
 Simus uel limus rimus timus quoque tremus μ¹ p³ Simus uel limus rimus timus
 quoque remus p¹ Simus uel limus timus temuf q̄; tremus. — 59. U⁷ M μ¹ p³
 nimus G¹ mimus p¹ imus P R minus U² G¹ M superaddes P R superaddas
 — 60. U¹ atque primus U² p¹ · 3 et agillimus p¹ optimus adde.

- Extremus minimus* uel *proximus infimus* adde.
 Superlatius sit *proximus* et *positiuus*,
 A *prope* dic ipsum, sed ab illo *proximior* sit.
 Sit quoque latius *extremus*, sit *positiuus*,
 65 Nobis sit *primus*, sit apud Graecosque *secundus*,
 Utque probes, uere dic *extremissimus* inde.
 Superlatiuum non significat *positiuum*,
 Unde *nouus* dicis exitque *nouissimus* inde.
 Comparat ac saepe nomen non canonicale
 70 Absque gradu primo, quoniam caret *ocior* illo.
Plurimus et *multus* se comparat absque secundo.
Ante senex iuuenisque superlatiua carent his.
 Ast in praedictis defectus fit generalis,
 Sed suppleant alia defectum uoce aliena,
 75 Nam primo ponunt aduerbia praepositasue,
 Seu mauis ista *potior* uel *detero* uerba.
 Hanc uocemque *magis* gradibus posuere secundis,

62. P M p³ Suppellatiuum. — 63. G¹ Et prope dat ipsum . . . U³ sed ab illo (gl. a proxim⁹ uel proximior) P R sed ab ipso U⁵ G¹ M proximior est U⁶ proximior fit P R proximior slt. — 64. P μ¹ Sitque suppellatus extremus sit positiuus U⁶ p³ Sitque superlatiuus (p³ suppellatiuus) extremus sit positiuus U¹ Sit quoque latius extremus sit positiuus U² Sic quoque latius (gl. i. superlatiuus) extremus fit positiuus U⁵ Superlatiuus extremus sit positiuus U⁷ Superlatiuus fit extremus positiuus G¹ Sit superlatus extremus sit expositiuus M Sit superlatiuus extremus sit positiuus p¹ Sit superlatus extremus sit positiuus (gl. extremus est similiter positui et superlatui gradus.). — 65. P p³ primus — secundus R primum — secundum. — 67. P Atque suppellatum non significat positiuum U¹ Superlatū u'o s'cat positiuum U⁵ Superlatū nō significat positiuum U^{2.6} μ¹ Superlatiū nō significat positiuum U⁷ M p¹ Superlatū nō significat positiuum G¹ Superlatū nō s'gt positiuum p³ Suppellatiū non significat positiuū. — 69. U^{1.7} G¹ μ¹ p³ ac saepe U⁵ et saepe P R at saepe (non canonicale gl. cod. U²: non regulare, irregulare). — 72. U² An senex iuuenis adolescēs^{or} ||| ista P Ante senex iuuenisq; suppellatiua carent his R Ante senex iuuenis superlatiua carent his (gl. superlatiua carent his, hic est hypallage.). — 73. U⁵ G¹ Ac . . . M p³ . . . At . . . P R Ast . . . P fit defectus. — 76. U² Ceu sūt ultra mag' potior i det'o ūba U⁵ Seu sint ultra mag' potior . . . U⁷ Seu ft' ultra mag' potior . . . G¹ Seu ft' illa mag' potior . . . — 77. P M p³ Hanc uocem magis . . . μ¹ p¹ Hancque

Quod faciunt saepe uocales continuatae.
 Hoc nomen *celsus* suscepit ad ultima *summus*.
 Bis septem dicas aduerbia praepositasue, 80
 Quae nunc grammatici posuerè loco positiui:
Ante citra prope post extra supraque uel intra
Infra nuper ocis ultra pridem penitusque,
 Ac *pene* quidam seu *penes* addere quaerunt.
 Dicit *ocis* Graecus, parat *ocior* inde Latinus. 85
 Inde *penitior* a *penitus* Apuleius offert,
 Et *penitissimus* hinc dat *Mostellaria* Plauti.
 Suntque superlatiua duo unius positiui,
Extimus extremus ambo dicuntur ab *extra*,
 Uisque notam primi, *Truculentum* consule Plauti. 90
 Ac trisyllaba sunt minus omnia comparatiua,
Plus prior et peior maior minor excipiuntur.
 Eiusdem generis sunt omnia deminutiua
 Cum primitiuis, bis sex retrahuntur et unum:
Rana canis statua scutum uel qualus et anguis 95
Ungula pistrilla uel glandula pannula nubes
Ensis uel beta sunt haec sexu uariata,
 Ac istis supra dictis *aculeus* addas.

magis uocem . . . — 79. ad ultima (gl. cod. M: ad *superlatiuū*). — 82. P supra penes intra U^{1.6} supraque uel ultra U⁵ G¹ supraque uel infra M supraque uel intra U² μ¹ p^{1.3} supra uel intra U⁷ supra uel infra. — 83. U¹ Infra nuper ocis ultraque pridem penitusque G¹ Intra nuper ocis ultraque . . . U⁷ Ultra nuper ocis intra . . . P R Infra nuper ocis ultra . . . — 84. U^{1.2.7} μ¹ At pene quidam seu penes . . . U⁵ M Ac pene quidam seu penes . . . p³ Ac quidam pene seu penes . . . P R om. h. u. — 86. P μ¹ appuleus U⁷ appuli⁹ U¹ apulei⁹ U⁵ apulti⁹ R apuleus. — 87. P μ¹ Et . . . U^{2.6} G¹ M p³ Ac . . . U^{1.5} p¹ At . . . U⁷ Ast . . . p³ hinc dicas U^{1.2.6} G¹ μ¹ p³ mustelaria P R mustellaria (legitur uocabulum in Plauti *Persa* IV 3, 53) sequitur in P uers. De *penes* hocue *pene* quidam descendere dicunt. — 88. codd. Superlatiua duo sunt unum positium. — 91. minus (gl. cod. p¹: ad *min*⁹). — 92. P U^{2.6} peior maior R maior peior p¹ excipiuntur. — 94. p¹ sed bis septem retrahuntur. — 95. U^{2.5.6} p³ scalus μ¹ squalus. — 96. U⁶ pistrilla p³ pristilla P R pistilla U^{1.5} G¹ μ¹ panula U⁶ penula P R pannula. — 97. U^{1.2.6} beta P R betha U^{1.2} G¹ μ¹ sexu P R sensu. — 98. P Ac predictis aculeus superadiiciatur U⁵ Ac istis nūc p̄dictis G¹ Ac

- Omne superficiem signabit nomen in *atus*,
 100 Sicut *stannatus auratus* siue *cupratus*.
 Nomen in *eus* semper totum tibi significabit:
Stanneus et *cupreus argenteus aureus* haec sunt.
 Inque *bilis* nomen dic aptum significare,
 Exponendo tamen, ut *amabilis* aptus amari.
 105 Nomen in *ax* semper tibi denotat assiduari,
 Unde *rapax* rapiens dicitur assidue.
 In *bundus* nomen semper notat assimilari,
 Sicut *amabundus* similis dicatur amanti.
 At nomen plenum notat in *lentus* uel in *osus*,
 110 Nummis *nummosus* plenusque luto *lutulentus*.
 Excipias tantum *Molosus* et *inuidiosus*.
 Significare locum dic nomen in *anus* et *ensis*,
 Sicut *Romanus Thebanus Bethuniensis*.
 Nomen multimode diuersifices numerale:
 115 Multotiens numeri substantia significatur,
 Sicut *binarius* uel *ternarius* tibi monstrant.
 Designant numerum simul ordine concomitante,
 Ut *unus duo tres* et sic ad mille uenitur.
 Sed tamen et quaedam dic esse sub ordine tantum,

istis supra dictis p¹ Ac istis ū p̄dictis p⁸ Ac istis uere predictis U³ At istis ūe p̄dictis U⁶ Ast istis ūe dictis U⁷ Ast istis supra dictis μ¹ Ast hiis ūe p̄dictis U^{3.6} p¹ aculeus adde G¹ acuēs addis U^{6.7} μ¹ p³ aculeus addas (U¹ M om. h. u.). — 99. U² designat. — 100. U^{1.6} μ¹ p¹ stagnatus. — 101. U^{1.2.7} μ¹ p^{1.3} totum tibi P R tibi totum. — 102. U^{1.6} μ¹ p¹ stagneus. — 103. aptum (gl. cod. p¹: *aptitudinē*). — 105. assiduari (gl. codd. U² p¹: *assiduitatē*). — 106. μ¹ Inde . . . U^{6.7} G¹ Ut . . . U⁶ Uq; . . . P R Unde . . . — 107. P U⁶ semper dic assimilari U¹ semper notat affimulai R semper notat assimilari. — 108. P amantis codd. amanti. — 109. P Ac . . . codd. At . . . P et in osus codd. uel . . . — 110. P Numis numosus codd. Nūmis nūmosus. — 111. P U³ Excipias tñ inde . . . U⁵ Excipiasque tamen (om. inde) U⁶ μ¹ Excipias tñ (om. inde) R Excipias tñ (om. inde). — 112. U¹ uel in ensis U⁵ uel et ensis U⁷ uel in sis. — 113. P U³ bituniensis G¹ bitumsis p¹ bittuniensis U⁶ bitoniensis U¹ beturiensis p³ bituriensis U⁷ μ¹ bethuniensis. — 116. U⁵ Sic . . . U¹ uel trinarius P U^{2.6} G¹ p³ uel ternarius R et ternarius P monstrat. — 117. U⁶ p³ Designat. — 118. P et codd. duo tres unus (U⁵ unū) p¹ uenimus. — 119. U² Sed etiam quae-

- Ut si dicamus '*tu primus siue secundus*'. 120
 Quaedam distinguunt: *bini terniue quaterni*.
Simplus uel *duplus* dic pondera significare,
 Significantque plicam *simplex*que *duplex*que *triplex*que.
 Nomina dic dubii generis pluralia primi,
Hic singulare uel *haec* dicas *finisque dies*que. 125
Impetus atque *dies ritus nox* u uel e casu
 Dicunt in sexto, quae quattuor esse memento.
 Nomen in x donat in *cis* uel *gis* genitium
 Quattuor exceptis *nix nox*que *senex*que *supellex*.
 Nomen plurale faciens in *ium* genitium 130
 Accusatiuum uel in *is* uel in *es* uariabit.
